



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 68. Protestantium Principium Declaratio super hasce Cæsaris
propositiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII.
A. C. 1623.

§. LXVIII.

*Protestantium Principum declaratio
super hæc Cæsaris propo-
sitiones.*

Brachel. hist.
pag. 60.
Theatr. Eu-
rop. p. 173.
Barre hist.
p. 536.
Struv. Pe-
riod. 10.
sect. 9.

Die vigesima prima Januarii Prote-
stantes Principes Cæsari responde-
bant, quod Fridericum quidem ob
continuam perduellionem, & vio-
lentas exauctoratione dignissimum cen-
serent, absentes tamen Principes,
Brunsvicensem, Pomeranum, aliosque
esse expectandos, eosque iterato invi-
tandos esse existimarent, ne contra
Regiam Capitulationem, & fundamen-
talem Imperii legem hæc pœna absque
unanimes Electorum consensu Friderico
nec citato nec audito (*) irrogata di-
ceretur, quamvis hac in re Cæsaream
potestatem in dubium vocare, nulla-
tenus intenderent. Dicebant alii, quod
hoc conventu ad pacem reddendam
instituto, præprimis pacis obstacula
removeri oportuisset, ac propterea Cæ-
sar operam daret, ut Bohemiam, om-
nium malorum sentinam, quiete pos-
fide-

(*) Quam efficaciter Cæsar Fridericum an-
te pœnæ irrogationem monuerit, vid. supra
l. 129. §. 62. p. 614.

sidere posset, proin inchoatas Religio- Sæc. XVII.
 nis reformationes, & severa reorum A. C. 1623.
 supplicia intermitteret, in plectendo
 Palatino clementiam rigori præferret,
 eumque facta submissione & depreca-
 tione, Regnique abdicatione in gra-
 tiam reciperet, ablataque eidem resti-
 tueret: Circa translationem vero Ele-
 ctoratus monebant Cæsarem, ut ad
 Friderici Filium, qui ante Parentis
 culpam jus acquisitum ad Electoratum
 habuisset, necnon ad ejus fratrem &
 Agnatos omnino innoxios attendere
 velit, cum illorum jus facile Reges ac
 Principes Palatino conjuncti armis,
 quorum fortuna utrinque anceps, vin-
 dicare possent, nunc vero cunctis hisce
 malis constituta pace, & Palatino in
 gratiam recepto obviari valeret: Ita
 censebant Saxonis & Brandenburgici
 Electorum Oratores, & ex Protestan-
 tibus potissimi, qui sub nomine Cir-
 culi inferioris Saxonix conventum ce-
 lebrarunt, in quo Danix Regis, Bran-
 deburgici Electoris, Brunsvici, Hol-
 satix, & Mechelburgi Ducum legati,
 necnon Bremensis, Hamburgensis, Lu-
 becentis, & Luneburgensis urbium
 Oratores pro defensione Saxonix in-
 ferioris foedus iniere, sui que exercitus
 Imperatorem Christianum Halbersta-
 diensem Pseudo-Episcopum elegerunt,
 Rr 2 cui

Sæc. XVII. cui tum sub signis viginti ferme armatorum millia erant.

§. LXIX.

Electorum & Principum Catholicorum responsio.

Hist. der Religionsbeschwerden.
p. I. c. 4.
§. 20.

Econtrario Catholicorum potissimi hæc Cæsari in responsis dabant:
 „Crimina, ob quæ Cæsar Fridericum
 „proscripsit universo orbi sat cognita
 „tamque atrocia sunt, ut Imperator
 „postpositis etiam ejusdem hæredibus
 „juxta leges Imperiales Electorum
 „ad se devolutum cuicumque, quem
 „dignum judicaverit, conferendi auctoritatem habeat, idque ipsi soli competat: si vero Palatinus sine publica
 „criminum vindicta restitueretur, metuendum foret, ne hujus impunitate
 „ad aliorum rebellionem via aperiretur, ac Palatini seditio approbari putaretur: nec etiam hic ditionis suæ
 „vastatione sat pœnarum dedit, quandoquidem & Cæsaris Regna & Provincie eodem modo vastatæ sunt, eo
 „tamendiscrimine, quod Palatinus sine
 „omni causa & jure contra Imperii
 „Constitutiones Cæsaris Regna vastaverit, Cæsar vero nonnisi coactus vim
 „vi repulerit, indignum ergo foret,
 „si Friderico damna injuste causanti

„con-